

# CHRISTO- PHORI BE- SOLDI,

J.C. *Auctorijs Damnae.*

*Delibata Juris*

## CONTINENTIA

congeriem, succinctamq; resolutio-  
nem præcipuarum Quæstionumquæ  
in X. prioribus Pandectarum Li-  
bris occurruunt:

*Quarum Elenchus ad finem  
est subjunctus.*




Num. 43. cap. 8.

num. 36.

T U B I N G E,

Typis P H I L I B E R T I B R U N N I I,

ANNO M D C XXVII.



# I. Commendatio & necessitas Iurisprudentia

**M**PER II NECESSITATEM, PLURIBUS deduxi in *dissert. Philologica, de praeognitis politices, cap. 5.* Cùm autem Respublica, absque Iurisprudentiâ, arteq; Iuris, nequeat commodè administrari: sequitur sanè, ejus dignitatem maximam esse. Olim, & tudi adhuc mundi seculo, Imperantes Regiâ manu, cuncta gubernarunt. *Iustinus lib. 1.* Ita & Pompon. ait: *Initio Civitatis nostræ, Populus sine lege certâ, sine jure certo agere instituit, omniaque manu à Regibus gubernabantur, l. 2. d. orig. Iur. §. 1.* Sed verò existere leges certas, convenit omnino. Et seculis ferè cunctis, jure scripto, atque sancto, Imperia gubernata fuerunt. Ego in *dissert. d. prem. pœnis & lib. c. 6.* Leges autem, & Jus certum, Jurisperitos, astemq; Iuris presupponunt. His legibus latis, inquit Pompon. *d. l. 2. §. 5. & 6.* cœpit ut naturaliter evenire solet, ut interpretatio desideraret necessariam disputationem fori. Idq; prudentium auctoritate: Id est, adhibitis in eam rem, non quibuscumque, sed peritis Iuris. Ac addit: Hæc disputatio, & hoc jus, compositum à prudentibus, communī nomine adpellatur Ius civile. Et scribit porrò: Deinde ex his legibus, eodem tempore ferè, Actiones compositæ sunt, quibus inter se homines disceptarent: quas actiones, ne Populus prout vellet, institueret; certas, sollemnesq; esse voluerunt.

Sanè, neque Leges neque Senatus consulta, ita scribi possunt, ut omnes casus, qui quandoq; inciderint complectantur. Non possunt omnes articuli singillatim, aut Legib. aut Senatus consultis comprehendendi. Et idè de his, quæ primò constituuntur, aut Interpretatione, aut Constitutione